



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatus**

**Dript, Laurentius a**

**Paderbornae, 1672**

Reverendissimo Amplissimoq[ue] Domino D. Brvnoni ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13441**

Reverendissimo Amplissimo q<sup>z</sup> Domino

# D. BRVNONI

Celeberrimi Monasterij S. Vi-  
ti in Gladbach Abbatii ibidemque, nec non  
in Dödt & Bocholz Fundi Domino, Domino  
Prælato ac Patri suo Spirituali  
Colendissimo:

Reverendissime Pater Ampliss. Domine.

**S**Isto tibi primum, sed exilem sane,  
utpote exilis ingenij fœtum : hoc  
titulo tibi soli, & nulli alteri debitum.  
Sisto Anti-sive Decalogum, neoteri-  
corum exoticis adinventionibus de-  
sed à me pro posse reformatum : hoc  
etiam titulo tibi præ alijs obligatum,  
utpote cuius vita & mores non aliud  
quam quod totus tantus quantus hic  
libellus & illud Christi Matth. 7. v. 13.  
Intrate per angustum portam quia lata &  
spatiosa est via quæ dicit ad perditionem  
& multi sunt qui intrant per eam cla-

) (3

mant

mant. Ut filius patri, quod unice ante  
hac à me Amplitudo Tua exoptabat, id tibi, & per te toti mundo, quâ  
par est reverentiâ præsento novarum  
scilicet adinventionum (quarum &  
ipse aliquando amator fui) impugna-  
tionem. Tibi inquam cui infinitis  
quodammodo titulis & beneficijs  
astrictus sum: nam quod ad Sacrum  
S. Benedicti Ordinem Gladbaci ad-  
missus, tibi soli debedo: quod littera-  
rum studijs applicatus, ad universita-  
tem Coloniensem missus, ac præle-  
gendarum Philosophiæ ac Theologiæ  
scientiarum præfectus, & ab ijs ad alia  
abstractus non fuerim: tibi soli debedo:  
quod paterno affectu miscente tem-  
poribus tempora, terroribus blandi-  
menta tam prospera, quam adversa æ-  
quanimiter ferre, nec in illis vane extolli,  
nec in his pueriliter deiici, salu-  
taribus tuis practicisque instructioni-  
bus edoctus sim, imò quod sim qui  
sum:

sum : Tibi soli debeo , verbo , debitor ,  
nec solvendo sum . Quomodo enim  
illi qui per Religionem me regenera-  
vis à quò si non esse , saltem bene esse  
tantùm quantum habeo , & quale red-  
dere valebo ? bonisne cedam ? jam o-  
mnibus per professionem cessum est :  
sed amanti amoris vicem reddere , &  
pro beneficijs gratum se exhibere ,  
sufficit : hoc ago , & jam ex omni parte  
obligatus , usque ad mortem quæ o-  
mnia solvit me obligo , & donec illa  
pro me solvat sum & ero

*Reverendissimæ Amplitudinis  
suæ filiorum insimus*

LAURENTIUS à DRIFT.

*Appro-*